Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg

NÜRNBERG

Bibliographische Daten

Titel:	Hartmann Schedel: Liber chronicarum – Nürnberg, STN, Cent. II, 98
Signatur:	Cent. II, 98

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0 uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

iniciat vituperijs ullis possit. Nos ista ledit atque confundit pigritia atque desidia. Sed vel dei altum petere sinum et in hoc seculo
bonum nomen et in alio spem salutis amittimus. Post hec convivatus gaudio elatus Maomethes quom forte plus solito adbibisset
ut sanguine mero adderet, principes optimatesque civitatis captos, crudelis et sanguinarius carnifex, fede misereque trucidari iugulari
iussit. Ex illustris qui apud imperatorem plurimum poterat, ceso ante oculos maiori filio, alterum quem ad illicitos usus reservatum secum pavisset e
duo alii eius filii occiderant in bello. Isidorus Cardinalis in eo tumultu captus, quom veste mutata non finxisset cognitus, tunc asperis
sese redemit. Quidem genus perditionis admodum lenis. Multi et veneti et ianuenses et latinorum alii gladio cesi sunt. Quidam multo re
dempti auro insignis. Hic annus fuit expugnationis Constantinopolitane tam christiano populo fedus ac lugubris quam turchorum genti
faustus letusque. Qui ab ortu salvatoris christi tercius et quinquagesimus super millesimum quadringentesimumque accurrit. Pereses vero
Colonia Ianuensium quam et Galathe nuncupant, cognita Bizanciorum clade prius quam rogaretur Maomethi dedicionem fecere. Mu
ri et urbis diruti, aliorum bona concessa, sed ipsius direpta, femine puerique ludibrio habiti. Calibasse qui ad eum die noctuque Maomethis
displicentia viveret. Tacitum Constantino imperatori turchorum consilia prodidisse per ministros cruciatus vita erepta, ingentes quas cumu ministros
laverat opes exitio ei fuisse credunt. Et quod amicitiam dimisso imperio ex privata vita revocavit ad regnum. Auctus eius potentia
Maomethes, tanto rerum successu tumens in Hungaros expeditionem parare cepit. Qua per triennium ceteris instructa accersitis ex omni regno
proceribus penetratis Tracie montibus cum maximis atque infestissimis copiis ad Savum usque flumen pervenit. Centumquinquaginta milia hominum
in eius exercitu fuisse credunt plerique triamque partem hinc inde subtraxere. Calistus tercius qui per idem tempus Romana cathedra sortitus erat, Iohannem Romana
Cardinalem sancti Angeli, cuius supra meminimus, prestantis virtutis virum, qui germanos in arma vocaret turchorumque compesceret impetum, ad eas partes consciret
legatum misit. Is promissa peccatorum indulgencia cuique, qui contra turchos militare vellet, adiuvante Iohanne Capistrano, qui per idem tempus Hungaris
evangelizabat, cruce signatorum haud parvum congregavit exercitum, non divitum ac nobilium, sed inopum atque incompositum vulgi. Surde opu Surde
lentum aures evangelio, nec divinus sermo principibus auditur. Contenti presenti rerum statu potentes finem christi regnum, nonnisi morientem igitur
Credula paupertas facile predicatoribus obedit. Super quadraginta milia signum crucis accepere, tecta invictis fide quam ferro acies. Humades quoque
non pravas copias in armis habuit, appropinquabat spe plenus et incredibili superbia tumens Maomethes, nec tam vi vel montes vel flumina obstare
putabat, gloriaretur inter suos Hungariam tam pene victam asserere. Latinorum imperatorem propinquo esse die. Deleto grecorum imperio latinorum instare finem
turchis omnia parcitura. Spolia invicta promittere Germanie atque Ytalia militum direpcioni offerre. Prima autem turchorum in armis temeritas sed
inglorioso eius adventu turpis atque infamis recessus fuit. Albam ad confluentes Danubii Savique sitam primum urbem oppugnare adorsus obtine
re numquam potuit. Perfregit machinis potentes muros, irrupit in urbem et acies, pugnatum est interdiu et noctuque. Tunc victi sunt victores, victi victi
hostes. Ad extremum vulneratus sub papilla Maomethes relictis impedimentis per noctem trepidus aufugit. Huius pugne seriem in historia Bohemica
comprehendimus; non est autem hoc loco lacius insistam. Auctores victorie tres Iohannes habiti, legatus Cardinalis cum auspicio vel gesta est, Huma tres
des et Capistranus, qui plus invicere. Neque Capistranus Humadem, neque Capistranum Humades mentione fecere in eis litteris quas de obtenta vic
toria sive ad Romanum pontificem sive ad amicos scripsere. Per suum quisque ministerium deum dedisse christianis victoriam affirmavit. Avarissima honoris
humana mens facilius regnum et opes quam gloriam partitur. Potuit Capistranus pecuniam contemnere, voluptatem calcare, libidinem subigere, gloriam
vero spernere non potuit. Dicat forsitan aliquis non fuit ille honor tuum fuisse sed dei qui per pauperes et inermes rem christianam salvare voluit. Cum h
dum asseritur quamvis et Humadis ministerium se victorie non auctorem dixerit. Ferunt Maomethem ab eo tempore numquam postea eius cladis meminis
se quin mentem barbamque manu demulceret, quassasque caput, et diceret maledictum qua pugna ad Albam contigerit.

De Macedonia

Macedonia